



<https://www.biodiversitylibrary.org/>

**Index seminum, quae Hortus Botanicus Imperialis
Petropolitanus pro mutua commutatione offert : accedunt
Animadversiones botanicae nonnullae.**

[Petropoli] :Hortus, 1835-1870.

<https://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/87728>

1835-1843: <https://www.biodiversitylibrary.org/item/165156>

Page(s): Cover, Verso, Page [3] ,Index, p.[3]-19, Page 14, Page 1, Page 23, Page 24

Holding Institution: Harvard University Botany Libraries

Sponsored by: BHL-SIL-FEDLINK

Generated 9 December 2019 3:54 PM
<https://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/102664500165156.pdf>



3 2044 106 316 045

Bot.Gard

47 HARVARD UNIVERSITY HERBARIUM.

F 52.2

THE GIFT OF

FS

Asa Gray.

LIBRARY OF THE GRAY HERBARIUM

HARVARD UNIVERSITY

THE GIFT OF

1) **ACTINOSPORA DAHURICA** *Index prim. sem. h. Petropol.*

p. 21. Flores abortu dioici. *Foem.* Sepala 5. Filamenta pauca, anthera cassa terminata; exteriora filiformia simplicia; intima (ovariis proxima) dilatata, per paria connata. *Mas.* Sepala 5, illis plantæ fœmineae majora. Stamina fertilia numerosa simplicia filiformia; sterilia pauca, fertilibus intermixta, dilatata, per paria connata. Ovaria abortiva, minima vel plane nulla.

2) **AEGILOPS TRIUNCIALIS.** Cum hac specie illa planta, quæ in hortis sub nomine *A. echinatae Presl* vagat, ad unguem congruit.

3) **AMSINCKIA LYCOPSIOIDES.** A. corolla fance barbata, limbo tubo triplo breviore; staminibus corollæ tubo paulo supra basin insertis.— *A. lycopsioides Lehm. delect. sem. h. Hamburg. 1831.* — Tubus corollæ $3\frac{1}{2}$ lin. longus; limbus 2 lin. in diametro, vix latior.

A. ANGUSTIFOLIA. A. corolla fance glabra nuda, limbo tubo duplo breviore; staminibus ad fancem insertis. *A. angustifolia Lehm. delect. sem. h. Hamburg. 1832.* *A. parviflora Bernhardi select. sem. h. Erfurt. 1833.* *Lithospermum calycinum Moris. Enum. sem. h. r. bot. Taurinens. 1851.* et in *Mem. della Acad. d. Scienze di Torino Tom. XXXVII. p. 108. tab. XXII.* — Corollæ tubus vix 2 lin. longus, limbus vix 2 lin. in diametro. — A præcedente floribus parvulis et præsertim staminum insertione diversissima.

A. INTERMEDIA. A. corolla fance glabra nuda, limbo tubo subbreviore; staminibus ad faucem insertis.— Corollæ tubus $1\frac{1}{2}$ lin. longus, limbus fere 3 lin. in diametro, saturate aurantiacus maculisque 5 saturationibus pictus.— Species intermedia *A. lycopsioidem* inter et *A. spectabilem*; a priore dignoscitur insertione staminum, a posteriore corollis longe minoribus et præsertim corollæ tubo non (ut in illa) ad faucem plicis intrusis semiclausa.— Hab. cum sequente specie circa coloniam ruthenorum Ross in portu Bodega Novæ Californiæ. ○

A. SPECTABILIS. A. corolla fance glabra plicis intrusis semiclausa, limbo longitudine tubi; staminibus ad faucem insertis.

O. NOCTURNA JACQ.

O. SINUATA LINN.

O. STRICTA LEDEB. (*non striata*); *O. mutabilis H. Paris.*

O. CHILENSIS H. PARIS. Inter præcedentem, cui habitu et foliis accedit, et sequentem, quacum tubo florum elongato convenit, media; tota pilis mollibus tecta.

O. LONGIFLORA JACQ.

Sect. III. Onagra. Antherae, Pollinia et Stigmata ut in sect. I. Capsula cylindracea, basin versus saepe incrassata, plerumque sulcata. Semina horizontalia, angulata. Flores flavi.

O. GRANDIFLORA AIT. et var. β *O. spectabilis Hornem.*

O. BIENNIS LINN. cum var. β *O. gauroides Hornem.*

O. MURICATA LINN.

O. SALICIFOLIA DESF.

O. PARVIFLORA LINN.

O. CRUCIATA NUTT.

Sect. IV. Rhodanthos. Antherae lineares, basi affixae, erectae. Pollinia obtuse angulata, filis brevibus aucta, subdiscreta. Stigmata saepe brevia, recurvata. Capsula oblongo-cylindracea, saepe sulcata. Semina horizontalia, imbriicata, angulata. Flores rosei, purpurei, violacei.

O. ROSEO-ALBA BERNH.

O. LINDLEYANA DOUGL.

O. PURPUREA CURT.

O. ROMANZOVII LEDEB.

O. DECUMBENS DOUGL.

O. TENELLA CAV.

O. VIMINEA DOUGL.

O. QUADRIVULNERA DOUGL.

Sect. V. Pachydium. Antherae subovatae, medio affixae. Pollinia ut in sect. IV. Stigmata brevia patentia, saepe lobo uno alterove deficiente. Capsula subovata, haud sulcata. Semina ovata, compressa, erecta, placentae crassae semi-immersa. Flores Epilobii, purpurascentes.

O. DENSIFLORA LINDL.

Sect. VI. Dictyopetalum. Antherae et Pollinia ut in sect. V. Stigmata brevia recurvata. Capsula oblonga, apice

quadrangula asperma. Semina oblonga, erecta, uniseriata! Flores rosei, venis reticulatis picti. An genus distinctum?

O. CONCINNA DON.

- 52) PANDERIA F. et M. Flores hermaphroditici (v. polygami), ebracteati. Calyx 5-dentatus, deum dorso transverse appendiculatus. Squamulae hypogynae nullae. Stigmata 2, basi concreta. Utriculus compressus, membranaceus. Semen verticale, albuminosum, integumentis membranaceis; corculo peripherico; radicula descendente.

Chenopodiacea e *Chenopodearum* tribu, inter *Kochiam* et *Camforosma* media; habitu et characteribus haud paucis cum *Kochia* congruit, sed seminum directio-
ne ab illa differt; notis aliquot ad *Camforosma* accedit,
neque habitu a *C. ovato* longe distat, calycis fabrica
autem diversissima.

- P. PILOSA. Herba annua, pilosa, habitu *Kochiae sedoidis*;
folia sparsa, linearia, vel linearis-lanceolata, membranacea;
flores in foliorum axillis sessiles, 2, 3, 4 parvi, fructiferi
alis 5 parvis aucti; semen parvum, pelliculis tenuissimis
tectum.—Hab. in montibus Talüsch, circa pagos, in rude-
ratis locisque incultis. ◎

Dedicavimus hoc genus in memoriam viri celeberrimi
C. H. Pander, scrutatoris naturae felicissimi.

- 53) PLAGIOTHYRS F. et M. Calyx 5-partitus. Corolla infundibuliformis, fauce plicis 5 intrusis clausa. Stamina inclusa. Stylus indivisus. Stigma capitatum, bilobum. Carpella 4 distincta, subovata, unilocularia, areola insertionis laterali
perforata. Receptaculum elevatum, hemisphaericum.—

Genus bene distinctum; a *Lithospermo* differt carpelli-
lis perforatis et receptaculo elevato; ab *Anchusa* et *Myo-
sotide* areola insertionis laterali, nec non receptaculo ele-
vato; a *Cynoglosso* et *Echinospermo* carpellis perforatis.

- P. RUFESCENS. Herba annua, facie *Lithospermii arvensis*,
pilis simplicibus patentibus hirta; folia sparsa, sublinearia,
obtusiuscula; racemi terminales, conjugati, subaphylli; flores
subsessiles, erecti; calyx pilis rufis tectus, fructifer conni-
vens; corolla alba; carpella quoad formam illis Echii sub-
similia, rugosa, tuberculata, areola laterali circulari notata;

cotyledones planae, suborbiculatae, indivisae.—Hab. in Chile. •

54) **PLANTAGO LESSINGIL**. *P. acaulis*, annua, pilosa; foliis sublinearibus subtrinerviis integerrimis longitudine scapi teretis; spica densa pilosissima capitata vel subovata; bracteis sublinearibus obtusiusculis longitudine calycis; sepalis distinctis aequalibus ovatis subobtusis latissime hyalino-marginalis; tubo corollae glabro, laciinis limbi sublinearibus acutis ciliolatis; capsula biloculari disperma; seminibus (mag- nis) laevibus.—*P. minima* Lessing. in litt. (non DC.).—A simillima *P. minuta* Pall. sepalis bracteisque pilosissimis satis distincta; a *P. Bellardi* dignoscitur foliis angustioribus brevioribusque, bracteis brevioribus haud caudato-acuminatis, sepalis margine albo latissimo cinctis carina prominula viridi notatis, sed non acuminatis, et imprimis seminibus multo majoribus $1\frac{1}{2}$ lin. longis ovato-lanceolatis rufis laevissimis, quae in illa minuta sunt, vix $\frac{1}{2}$ lin. longa, elliptica grisea tuberculata; a *P. cretica* nostra planta differt foliis angustis, sepalis (praeter carinam) tenuissimis hyalinis, laciinis limbi corollae angustis non mucronato-acuminatis aliisque notis.—Hab. versus lacum salsum Indersk, nec non in Mongolia chinensi, locis arenosis siccis. •

55) **PLATYSTEMON LEIOCARPUM**. *P. ovariis* fructibusque glaberrimis.—A simillimo *P. californico* Benth. differt ovariis glaberrimis, nullo modo hispidis, nec non floribus ochro-leucis.—Hab. circa coloniam ruthenorum Ross in Nova California. •

56) **PLATYSTIGMA LINEARE**. Nostra planta, e seminibus enata circa coloniam Ross in Nova California lectis, filamenta habet dilatata, linear-i-oblonga, et petala bicolora, exterio- ra tria aurea cum litura transversali alba, interiora tria alba, ungue flavo;—ceterum cum descriptione *P. linearis* a Benthamio data haud male congruit.

57) **PLECTRITIS CONGESTA** (DC. Prodr. IV p. 631). *P. staminibus* corolla longioribus.

PBRACHYSTEMON. *P. staminibus* longitudine corollae.—Omnibus partibus *P. congestae* similis, praeter flores

quadruplo minores albos et stamina non exserta. Hab. in portu Bodega Novae Californiae. ⊖

- 58) **PODOLEPIS GRACILIS GRAH.** *Stylolepis gracilis* Lehm.
Ind. sem. h. Hamburg. 1828 et *Linnaea V. p.* 385. *P. rugatae* Labill. peraffinis et vix diversa, nisi ligulis radii longioribus obtuse bi-tridentatis (non 2—4-fidis). *Scalia Sims* (bot. mag. t. 956) a *Podolepide* Labill. differt exacte ut *Centaurea* a *Zoegea*, i. e. flosculis radii infundibuliformibus, qui in *Podolepide* ligulati sunt. *Viraya Cass.* (*Freycinet Voy. botan. I. t.* 89) flosculorum et fructuum structura a *Podolepide* valde differt.

- 59) **PTEROSTEGIA F. et M.** Flores hermaphroditi (interdum pogami?) involucro diphyllo, fructifero ampliato dorsoque cristato obtecti. Calyx 6—(interdum 5—) partitus, herbaceus, persistens. Corolla nulla. Stamina 6 (vel 5). Styli 3, brevissimi. Stigmata capitata. Caryopsis triquetra. Semen albuminosum. Embryo axilis, inversus; radicula supera.

P. DRYMARIOIDES. Planta annua e *Polygonacearum* familia, habitu Drymariae simillima, ramosissima, prostrata, pilis minutis simplicibus adspersa, subglabra; rami elongati, filiformes, subdichotomi; folia omnia opposita! obovato-spathulata, subreniformia vel suborbiculata, in petiolum attenuata, integerrima v. apice emarginata; ochreae nullæ! flores axillares, subsessiles, mini; involuci phylla duo, initio parva, fructifera ampliata, membranacea, reticulato-venosa, inaequilatera dorsoque cristato-alata, caryopsis arcte includentia; caryopsis calyce major, acuta, laevis, structura ut in *Koenigia*.—Hab. in portu Bodega Novae Californiae. ⊖

- 60) **PYRETHRUM DECIPiens.** P. perenne, glabrum; caule erecto apice corymboso-ramoso; foliis supradecompositis: laciniiis setaceis mucronatis; periclinii squamis scarioso-marginatis; flosculis radii disco brevioribus; pappo lobato; clinanthio conico.—A simillimo *Chrysanthemo disciformi* facile dignoscitur achaeniis transverse corrugatis disco epigyno magno pappoque coronatis (in illo achaenia laevia, apice calva, nec disco dilatato neque pappo coronata sunt); a *P. inodoro* differt calathidiis minoribus, flosculis radii

brevissimis aliisque notis. — Hab. in Persiae borealis provincia Aderbeidschan, nec non in Natolia. 24

61) **SATUREJA MUTICA.** S. (sect. I) pubescenti - cana; caulis erectis ramosissimis basi fruticulos, ramis virgatis; foliis oblongis sublinearibus; cymis axillaribus paucifloris; bracteolis linearibus calyce multo brevioribus; calycis bilabiati lobis sublinearibus muticis, inferioribus binis longioribus.—Affinis *S. montanae*, sed laciniis calycinis muticis quasi obtusatis ab illa distincta; a *S. intermedia* differt caule elato erecto, foliis angustioribus distantibus, bracteolis minutis, lobis calycinis brevioribus aliisque notis.—Hab. in locis lapidosis aridis montium Talusch. 24 $\frac{1}{2}$

62) **Sphaerostigma SERINGE.** Calycis tubus supra ovarium vix productus; limbus 4-partitus, deciduus. Petala 4 sessilia (indivisa). Stamina 8. Stigma globosum indivisum. Capsula 4-locularis, 4-valvis, dehiscens. Semina numerosa, in quovis loculo uniserialia, erecta, aptera, nuda.—Herbæ annuae, habitu Epilobii, glabrae vel pube simplici obtectae; ramosae, diffusae; rami apicibus saepe recurvati; folia sparsa (infima saepe opposita), sessilia vel in petiolum attenuata, indivisa; flores axillares, solitarii, sessiles, parvi, flavi; stamina alterna breviora; antherae subglobosae, basi affixae; pollinia obtuse angulata, filis brevibus intermixta; capsulae sessiles, elongatae, saepe curvatae vel tortae; semina minuta, oblonga, non angulata.

S. **CHAMISSONIS.** S. pube glandulosa adspersum, subglabrum; foliis sublinearibus utrinque attenuatis dentatis; petalis ovato-orbiculatis; capsula elongata filiformi recta vel subincurva.—*Oenothera Chamissonis* Link *Enum. alt. h. Berol. I* p. 378; *O. dentata* Lindley *Collect. bot. tab. 10* (excl. syn. *Cavan.*), Ruiz et Pav. *Fl. Per. III.* p. 81 t. 317 (excl. syn. *Cavan.*), Hooker in Beechey p. 23 excl. syn. *O. micranth. et hirtae*), Hooker *bot. misc. III.* p. 310; *Onosuris Chamissonis* DC. *Prodr. III.* p. 64.—Petala 2 lin. longa vel paulo longiora, vix angustiora; stylus petalis brevior; semina $\frac{2}{5}$ lin. longa. Hab. in Chile. •